

## PRO REGE DEIOTARO ORATIO.

to cogitatū esse confingitis? At quā nō modo non credibiliter sed ne suscipiose quidem. Cum (inquit) in castellum Luceum venissem, & domū regis hospitis tui diuertisses, locus erat quidam, in quo erant ea composita quibus te Rex munera cōstituerat, huc te e balneo priusq̄ accumberes ducere volebat. Ibi enim erant armati, qui te interficerent. in eo ipso loco collocati. En crimen, en causa, cur Regem fugitiūs, dominū seruus accuseret? Ego me hercule Cæsar initio (cum ē ad me ista causa delata) Philip lippum medicum seruū regium, qui cum legatis missus esset ab ipso adop̄t̄ lescente existimauit esse corruptum, hac suspitione sum percussus, Medicū cū indicem subornauit, finge videlicet aliquid crimen veneni, & si a veritate longe, tamen a consuetudine criminandi non multum res abhorrebat. Quid ait medicus? Nihil de veneno. At id fieri potuit, primo occultus in potionē vel cibo, deinde etiam impunius fit, quod cum est factum, negari potest. Sed si palam te interemisset, omniū in se gentiū non solum odia, sed etiam arma conuertisset, si veneno, iouis illius quidem hospitii numen nunq̄ cælare potuisset, hoies vero fortasse celasset. Quod igit̄ & occultū conari, & efficere cautiū potuit, id tibi & medico callido & seruo (ut putabat) fideli nō credidit de armis, de ferro, de insidijs cælare te nosluit. At quā festiue crīmē contexitur? Tua te (inquit) eadem quæ semp fortuna seruauit. Negauisti tum te inspicere velle, quid postea? An Deiotarus Rex illo tempore nō perfecta re continuo dimisit exercitum? Nullus erat aliis insidiandi locus? At eodem te cum cœnauisses redditum dixeras. Itaq̄ fecisti horam vnam aut duas eodem loco armatos, ut collocati fuerant, retinere magnum fuit: cum in coniuicio comiter & iucunde fuisse, tum illuc iuisti ut dixeras. Quo in loco Deiotarū talem erga te cognouisti, qualis Rex Attalus in P, Africanum fuit, cui magnificientissima dona (ut scriptū legimus) usq; ad Numantiā misit ex Asia, quæ Africa nū inspectante exercitu accepit. Quod cum præsens Deiotarus regio & animo & more fecisset, tu in cubiculum discessisti. Obsecro Cæsar repetere temporis illius memoriam, pone illum ante oculos diem, Vultus hominū te intuentium atq; admirantium recordare. Num quæ trepidatio? num qui tumultus? nunquid nisi moderate, nisi quiete, nisi ex hominis grauis?

A iiiij